

## PHOTIUS

### Myrobiblon sive Bibliotheca

891

Cap. XXXVI. De Rhinocerote

Rhinoceros vastitate quidem non minor, sed altitudine inferior est elephanto, buxique refert colorem, pellis etiam contactu tenuior. Is repandum in naribus fert cornu ad ferri vim et rigorem proxime accedens. Quo, caetero quidem tempores ad quamcunque approximet caudem, limato, praecordia verberat impetens. Sed in dimicatione cum elephanto (cum hoc enim de pascuis aeternas habet conflictationes) ventrem subit, et perrupto carniū ambitu exsanguem facit. Plurimique elephantum ita exanimati cernuntur. At si alvum contingendi copia non datur, contra ipse a proboscide et dentibus ictus variis modis, amittit vires et deficit, quia robore et vi ab illo permultam differt.

[also in Greek, same text?]